



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

99. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

fiat spiritale conjugium , oportet eos nec di-
mittere uxores , & quasi non habeant sic ha-
bere , quò & salva sit caritas connubiorum &
cesset operatio nuptiarum .

De eadem re. *Ex dictis sancti Gregorij
Papæ.*

X C V I I. Qui corpus suum castitati dedi-
cant, habitare secum feminas non permittant.

Item sancti Augustini.

X C V I I I. Ideo nolo ut soror mea mecum
sit , quia quæ cum sorore mea sunt , sorores
meæ non sunt.

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi
cap. IX.*

Concil. Vvor-
mae. c. II.

X C I X. Sacerdotes igitur si in fornici-
onis laqueum ceciderint , & crimen manifesti-
simè ostensum fuerit , haetenus sacerdotij non
possunt habere honorem , secundum canonice
institutionis auctoritatem .

Quæ mulieres in domibus habitent Cleri-
corum. *Ex Concilio Agathensi.*

Conc. Agath/
c. IC.
Burchard. lib.
2. c. II.

C. Id etiam ad custodiendam vitam & fa-
mam speciali ordinatione præcipimus , ut nul-
lius Clericorum extraneæ sit mulieri qualibet
consolatione aut familiaritate conjunctus . Et
non solùm in domo illius extranea mulier non
accedat , sed nec ipse frequentandi ad extra-
neam mulierem habeat potestatem ; sed cum
matre tantum & sorore , filia & nepte , si ha-
buerit , vivendi liberam habeat potestatem;